

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LXVIII. Constitutio Eugeniana non prodest curialibus, quando ipsi
funt actores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

fol. 462. etiam si exemptus ageret ex l. diffamari, nisi simul pro ipso concurreat p[ro]fessio, sine qua intentans remedium l. diffamari non gaudet privilegii & iuribus tecum. Bald. in l. 1. num. 2. C. q[ui] bon. sed pos. Contard. in l. diffamari, quae fol. 4. num. 40. l. 4. ingen. manumiss. & pos. alios Rudolfini. in praez. lib. 3. c. 3. n. 88. ubi tractat[ur] requisita h[ab]er[em]us.

Speciali autem Principis privilegio quandoque exemptis concedi, ut etiam in causis activis alios conversire possint coram suis iudicibus, & de facto ita concessum fuisse Clero secundario Leodiensi, patet ex his quae scripsit D. Auctor supra. Tom. 1. quae fol. 39. num. 31. & Tom. 2. par. 2. quae fol. 117. & quae fol. 125.

DECISIO LXVIII.

Constitutio Eugeniana non prodest curialibus, quando ipsi sunt actores.

R. P. D. Mellino.

*Decis. 71. o.
par. 4. ult.
vis.*

Mediolanen. Bonorum.

Luna 28. Martii 1594.

S U M M A R I U M.

- 1 Remedium l. diffamari non competit ei, qui non possidet.
- 2 Statuum Mediolanense, de continua- da possessione dese in heredem, non non habet locum in bonis, que à de-

functo naturaliter tantum possili- tur; neque quando possessio ei quod defunctum ex causa de jure non transiit a num. 3.

Dominis resoluerunt non esse locum Constitutioni Eugenianæ, quantum ad fratres de Porris: quia Eugeniana haber locum ad favorem Curialis solent in causis, in quibus est reus, & in iudicio isto Dom. Joannes Baptista est ac tor, cum per etiam tenet, & sibi restitu bona sublata.

[Non]

Non obstat, quod intentavit remedium l. diffamari, & consequenter dicitur
reus, quia ad istum effectum debet docere de sua possessione, cum hoc remedium non
comperat ei, qui non possidet. Bald. in l. 3, num. 2. C. qui bon. ced. poss. Boer. decis. 255, n. u.
10. Gabr. de actio. conclus. 8, num. 38. Et siue resolutum in causa T. vietana diverse partis 27.
Iun. 1584. coram bon. mem. D. Episcopo, &c de ista possessione non constat, imo proba-
tur possessio fratrum.

Nec obstat statutum Mediolanense de continuanda possessione defuncti in ha-
bendem, quia non habet locum in bonis, que à defuncto naturaliter tantum possi-
debantur. Imol. in consil. 16, colum. 2. Ias. consil. 147, num. 3, lib. 2. & in terminis bonorum
feudalium, & emphiteuticorum tradunt. Corneus consil. 173, in ultimo dubio, lib. 2. Ia-
son. consil. 152, circa principium & colum. ultim. lib. 4. Rub. Alexandr. consil. 151. Et siue
decisum in causa Imolensi honorum 10. Aprilis 1592, coram R. P. D. Pamphilio, & tanto
magis stante pacto, apposito in instrumento locationis, quod bona locata non trans-
ferant ad hæredes: unde succedit alia limitatio, quod hujusmodi statuto non est lo-
cūs, quando possessio est apud defunctum ex causā de sui naturā non transitiva ad
hæredes. Alexandr. consil. 153, num. 4, lib. 2, cum aliis allegatis.

Ad Quæst. VII. Additio.

Exemptos ab ordinario, qui eo ipso sunt immediate subjecti Sedi Apostolicae,
non posse expresse aut tacite renunciare sue exemptioni, neque protogare al-
terius judicis jurisdictionem, cum non agatur de solo ipsorum exemptorum
præjudicio, sed simul de præjudicio eximentis. Rota apud Crescent. decis. 3, de foro com-
pet. Et coram san. mem. Gregor. XV. decis. 25, num. 23. & 24, illos autem, quibus privi-
legia exemptionum concessa sunt ob solum ipsorum favorem, assignatis certis ju-
dicibus coram quibus convenientur, posse ad libitum suum exterorum judicium ju-
dicationi se subjecere decidit ead. Rota coram Seraph. decis. 595, num. 7. Et in recent. decis.
500, n. 3, & 4, par. 1, de expresa autem renunciatione plara inferius ad part. 3, q. 35.

DE-

Qq 3